QUoniã decet domũ dñi sanctitudo: ⁊ ministris eius a domino dicitur. Sancti estote: quia ego sanctus sum dominꝰ deus vester. Satagit astutia humani generis inimici: vt sanctitatem et emendationem subtrahat vel destruat vtrobiq; / dum in plerisq; locis ne consecrẽtur ecclesie impedit vl' retardat. Et ne suo digne ministri fungantur officio ministrorum mores et vitam multorum vitiat et condemnat. Sanctorum patrum regulis et statutis: ⁊ generaliter omnibus xpiane religionis profectibus se totis conatibus opponendo. Huic igitur est armata manu a cunctis populis fidelibus in fide fortiter resistendum: ⁊ ad eius molimina renouatis et nouis semp vtendo viribꝰ eneruanda. Sic Jsaac puteos quos foderant filii abrahe: sed humo impleuerãt palestini prius studuit renouare demũ alios fodere nouos. Deniq; nos Otho. miseratione diuina sci Nichalsi in Carc. Tull. Diaconꝰ Cardinalis apostolice sedis legatus: ⁊ ad partes Anglie legatiõis officio destinati a sede apostolica diuino suffulti auxilio. Et astantis consilii suffragio ⁊ cõsensu ad roborandum ⁊ reformandum statum ecclesiastici cum in partibus Anglicanis. saluis aliis canonicis institutis que cum reuerentia cupimus obseruari. Quedam excommissi nobis officii ptãte duximus statuẽda: que p certos articulos infra dirigi fecimus ⁊ distingui.

¶ Ut infra annũ oẽs ecclesie dedicentur. Rubrica.

BAsilicaꝝ dedicatio initiũ a veteri testamento dinoscitur habuisse: ⁊ in nouo est a sctis patribus obseruata: in quo est eo dignius ⁊ studiosius facienda qua in illa tm offerebantur hostie aialiũ mortuorũ. Jn isto vero celestis hostia viua ⁊ vera: xps scilicet vnigenitus dei filius i altari offertur p nobis in manibꝰ sacerdotis. Quare statuerunt prouide sancti patres ne in aliis locis q̃ deo

dedicatus:nisi necessitatis causa celebretur officiū tā sublime. Porro qz vidimꝰ per nosipsos ⁊ a plerisqz audiuimus tam salubre ministeriū contēni vel negligi a nōnullis dū multas inuenimus ecclesias:⁊ aliquas etiā cathedrales q̄ licet sint ab antiquo constructe: nondum tamen sunt sanctificatiōis oleo ꝓsecrate. Volentes huic tā periculose negligētie obuiare statuimus:⁊ statuēdo ꝓcipimus q̄ oēs cathedrales ꝙctuales parochiales eccl'ie q̄ perfectis parietibus sūt constructe: infra biennīū per dioceſanos ep̄os ad quos ꝓtinet:vel eoꝝ auctoritate p alios ꝓsecrent: licēqz infra simile tempus fiet de cetero in cōstruēdis ecclesiis. Et ne tā salubre statutū trāseat in ꝓtemptū: si loca hmōi non fuerint infra biennium a perfectionis tpe dedicata missaꝝ solēnis vsqz ad ꝓsecrationē manere statuimus interdicta:nisi aliqua rationabili causa excusentur. Ad hec ne ꝓsumant abbates aut eccl'iaꝝ rectores antiquas ecclesias ꝓsecratas sub ꝓtextu āpliozis vel pulchriozis fabrice faciēde diruere:absqz licētia dioceſani ep̄i ⁊ cōsensu ꝓsenti statuto districtius inhibemus. Dioceſanus vero diligēter consideret:vtꝝ expediat dare licentiā vel negare. Et si dederit attendat ⁊ intendat: vt opus q̄ celerius poterit cōsumetur:quod extēdi statuimus ⁊ nolumus ad iam cepta. De capellis vero minoribus nil noui durimus statuendum. Consecrationes vero earum quando ⁊ qualiter fieri debeant diffinitionibus canonicis relinquētes

¶ Ne ꝓ sacramētis ecclesie aliquid exigatur:⁊ q̄ forma in confessione seruetur. Rubrica.

SAcramenta eccl'iastica in quibus tanq̄ in vasis celestib⁹ salutis remedia ꝓtinent:necnō oleū sanctificatuz:⁊ crisma a ministris eccl'ie pure ac deuote qualibet exclusa cupiditatis labe. Statuimus ⁊ statuendo ꝓcipimꝰ exhiberi: nulla difficultate in eis exhibendis adhibenda ꝓtextu consuetudinis alicuius:qua dicatur ad eis q̄s recipiūt aliq̄bus aliqua ꝓsoluēda. Sacramenta quoqz ꝓin

cipalia q̄ sunt ⁊ q̄t ꝓpter simpliciores durius exprimenda. Sunt enim baptisma/cōfirmatio/penitentia/ eucharistia/extrema vnctio/matrimoniuz/ atq; ordo: de quoz̄ quolibet in sacris canonibus diffusius est tractatū ⁊ plenius ordinatū. Sed qz nō est leue canonū girare volumina ⁊ ignorare medicinale officium medico minus graue. Statuim⁹ q; i susceptiōe cure aiaz̄ ⁊ ordinis sacerdotii: examinēt̄ur de his precipue ordinandi. Archidiaconi quoq; in singulis decanatuum suoz̄ conuentibus sacerdotes maxime in his studeant erudire: docēt̄es eos qualiter circa baptismum/eucharistiam/matrimonium / ⁊ penitentiam se habere debeant. ¶ De baptismo. Rubrica

Ad baptismum solemniter celebrandu3 duo tēpora sabbatum scz ante resurrectionem dñi: ⁊ sabbatum ante pēthecostē: sunt a sanctis canonibus propter mysterium deputata. sed quidā i partibus istis vt audiuimus dyabolica fraude decepti periculum suspicantur si prefatis diebus pueri baptisarēt̄ur: quod arbitrari vel quocūq; modo metuere sane fidei aduersatur penitus ⁊ manifeste conuincitur esse falsum. Cum summus pontifex personaliter illud ministerium solemnizet: ⁊ in diebus baptizet solemniter memoratis: ⁊ in alijs mundi partibus seruet ecclesia hoc idem. Quare statuimus vt a tāto erroze predicatione frequēti populus auertatur: ⁊ ad solemnizandum baptismum prefatis diebus / ⁊ ad baptizandum pueros suos studiosius inducantur. Statuimus etiam insuper: vt parochiales presbyteri formā baptismi firmiter addiscentes: eaz̄ parochianis suis frequenter exponāt in vulgari in diebus dñicis: vt si articulus necessitatis emerget quo ipsos opozteat aliquez̄ seu aliquos baptizare: eā sciant ⁊ valeant obseruare. Que vtrum seruata fuerit inquiratur postmodum diligenter.

¶ Ne aliquid recipiatur vel exigatur pro penitēt̄ijs iniungendis. Rubrica.

Auditu horribili audiuimus esse relatum: q̄ quidaꝫ miserabiles ⁊ miseri sacerdotes: dum forsan in b̄ficium vicarie vel ad firmam: seu quacumq; alia questus causa p̄ouētus ex altari: aut ex penitentia venientes recipiūt: non aliter admittunt ad penitentiam confitentes nisi p̄ius ab ip̄is sinu auaricie sue quic̄q̄ reponatur: sicq; faciunt de aliis sacramentis. Q̄m igitur qui talia ag̃ut et regno dei ⁊ beneficio ecclesiastico sunt indigni. Statuendo districtius p̄cipimus vt inquisitione exactissima per ep̄os de his facta/ quid tale qui cōmisisse repert⁹ fuerit: ⁊ a beneficio quod obtinet amoueatur omnino: ⁊ ab officio quod perperam gessit perpetuo suspendatur.

¶ De confessionibus p̄latorum. Rubrica.

Quod i quodam consilio inuenimus statutum app̄o bātes statuimus: vt per quoslibet decanat⁹ p̄udētes viri ⁊ fideles constituantur per episcopum confessores: quibus persone ⁊ minores clerici confiteri valeant: i decanis confiteri erubescunt forsan ⁊ verentur. In ecclesiis vero cathedralibus confessores instituī p̄cipim⁹ generales.

¶ Ne indigni p̄omoueantur. ⁊c̄. Rubrica.

Sacer ordo est eo dignius conferend⁹: quo ab ordinato cetera sacramenta conferuntur. Quare cum periculosum sit nimis minus dignos ydiotas/ illegitimos: irregulares: illiteratos: et extraneos/ aut sine titulo certo: et vero aliquos ordinari. Statuimus vt ante collationē ordinū per episcopū de his omnibus indagatio diligens habeatur. Et ne rep̄robatis app̄robandi: et qui non fuerint app̄robandi app̄robatis clanculo asserere se valeāt et p̄bati in examinatione scribantur numerus ⁊ nomina p̄batorum: ⁊ qui fuerint postmodum in ordinationis limite perlecta scriptura discretione sollicita requirantur. Iplaq; scriptura apud ep̄m vel ecclīam conseruetur.

¶ Ne dentur dignitates ad firmam. Rubrica.

Ecclesias dari ad firmā vel generaliter cōstitui vicā rios in eisdem nostra nequaq̄ volumus auctoritate fulciri: si ꝓpter ifirmitatē multitudinis que in causa est ne videamur laqueos potius immittere q̄ inuenire remedia ꝓhibitionis edictum contra emittere ꝓmidamus Quibusdam tñ morbis ex eis ꝓuenientibus ad nrāz dēlatis noticiā occurrere coartamur . Accidit enī plerunq̄ vt hi qui firmarii appellantur: lucrari plus apetūt q̄ exsoluant/turpes exactiones faciūt que interdum incidunt in symoniacam prauitatem. Quare statuendo districtius inhibemus: ne dignitates vel officia: puta decanatus: archidiaconatus siue prouētus ex ecclīastice vel spiritualis iurisdictionis exercitio: seu ex altari penitentia vel altari aut aliis sacramentis quibuslibet venientes ad firmam de cetero nullatenus concedantur.

¶ Ne vltra quinquēniū eccle dent ad firmā. Rubrica.

Quum laicis dare ad firmā ecclīas sit penitus inhonestum/clericis quibuscūq̄ ad longum tempus ꝓpter continuationē tpis que afferre consueuit periculū z ecclesiis possit esse damnosum: vtrūq̄ inhibētes districtius statuimus: vt nec laicis nūq̄ nec personis ecclesiasticis vltra quinquenniuz vlterius ad firmam ecclesie conferantur: nec finito quinquēnio renouent eisdē: nisi ꝓius ipas alii habuerit mediate. Et vt nunc oia sint in tuto statuimus vt ꝓsentibus episcopis vel archidiaconis firmarū fiat conuentio, ex qua plures littere conscribantur: quaz vna remaneat penes ipsos.

¶ De perpetuis firmis non concedendis. Rubrica

Alicubi audiuimus contigisse q̄ vacante pingui ecclesia quam quidam optabat habere: nec tñ eā accipere audebat: vt persona ne in aliis ipo iuro beneficiis q̄ obtinet ꝓiuaretur: callide procurauit vt ecclesia illa sibi traderetur ad firmam perpetuo: ita q̄ modicum quid solueret inde alii nomine personatus ubiq̄ totuz reliquum

retineret. Quo dante causam edicto statuimus: vt nulla ecclesia vel prebenda vel aliquis alius redditus ecclesiasticus in totum vl' in partem ad firmam alicui sub colore quocunq; imperpetuum conferatur cassum et inane fore: penitus decernentes si contra fuerit attemptatum.

¶ De vicariis et eorum ordinibus. Rubrica.

AD vicariam statuimus nullu; de cetero fore admittendū nisi iam presbyteru; vel saltē diaconū i primis quattuor temporibus ordinandum. Qui renūcians aliis bñficiis si qua habet: curā aiaꝝ bñtia turet residētiā ibi facere: ac etiam faciat continue corporalem. Alioquin institutionē ipius decreuimus esse nullam/ et vicariam fore alii cōferendā. Sic illudat illi dolo quo sepe assignato alicui noie personat⁹ aliquo modo simulate dabatur alicui eccl'ia ficto noie vicarie: qui timēs alia perdere beneficia metuebat eā recipere vt persona. De iam institutis vicariis qui nō sunt presbyteri cum vicarii teneantur i gloriis propriis ecclesiis deseruire statuendo precipim⁹ vt infra annum ad minus se faciant in presbyteros ordinari. Alioquī si per eos steterit quominus infra annu; vt diximus ordinentur eos extunc vicariis fore eisdem decreuimus tūc priuatos. Et de residentia circa eos statuimus/ quod de instituendis supradiximus statuendum.

¶ Non conferatur aliquod beneficium: donec constiterit de morte vel de cessione possessoris. Rubrica.

AD eliendum fallacias iniquoꝝ sagaci est studio laborāduꝫ cuilibet iusticie amatori: ne si torpescat rectoꝝ industria simplicitas a versutia supplantetur et succumbat veritas falsitati. ¶ Sane plurimorum relatione accepimus q̄ quidā i absentia beneficiū oculos tacentes nouos fingētes rumores asserunt se audisse mortuu; esse vel beneficium resignasse beneficii possessorem: sicut procurat ne illud beneficium quomodolibet se intrudat. Et si forte reuiuiscens qui mortuus fuerat ad suā ecclesiaꝫ reuer-

tatur:nescio te rñdetur eidem:⁊ claudit ianua contra eū.
¶ Nōnulli etiā nimia cupidit ate cecati:nō solū in absentium/sed etiā in pñtiū beneficiū clanculo irrūpere:vbi vbi cūq; possint:ꝑa inuadere non formidant:⁊ cuꝫ intus fuerint/nec prosunt fnie:nec aliquid quo mitti possint foras quin armorum potētia se defendunt. ¶ In vtroq; ergo articulo remedium quale possumus adhibētes statuim⁹ districtius prohibentes:ne pretertu opinionis vel fame q̄ de morte vel cessione habeatur absentis eius beneficium aliquatenus conferatur:sed expectet prelatus donec plenius de alterutro instruatur. Alioquin ad resarciendum omne damnum ex hoc inflictum absenti cum decernimus fore obligatum. Et eum qui se procurauit intrudi:preter restitutionem damnorum officio ⁊ beneficio quidem suspensum protinus ipo facto. ¶ Quod ad illum extēdi volumus:qui beneficium ecclesiasticum altero possidēte auctoritate propria:vel temeritate potius vi/vel clam occupare presumunt: vel postꝯ declaratum fuerit ad alium p tinere:armis se defendere nititur in eodem.
¶ Ne pluribus detur vna ecclesia pretertu plurium patronorum. Rubrica.
QUam ars artiuꝫ teste beato Gregorio sit regimē animarum nō cessat antiquus sophista sue girare volumina fraudis.⁊ in fallis suis positionib⁹ studere fallaciis quo valeat concludere discipulis huius artis ⁊ eos excludere a salute anime quos imperitos inuenit aut incautos Hoc est quod facti iussa dei trālgredi.et sanctorum patrū regulis contraire:dū nec sermo diuinus nec canonice sanctiones a distorto itinere possūt reducere peccatores. Erigit namq; ars nostra catholice:vt vnicus i vna ecclesia sit magister/prefectus/ordine/habitu/vita/scīētia/⁊ doctrina:⁊ q̄ pura sit ecclesie ordinatio atq; simplex. Sed obiectio dyabolica multos facit in hoc dogmate deuiare. Duꝫ interduꝫ eo suggerente non vni tantū vna datur ecclesia

ſed plurib⁹ ꝓtextu pluriū patronoꝝ: vbi ſint plura capi
ta i eodē coꝛpoꝛe quaſi monſtrū. Et interdū cōſentit per-
ſona quecūq; ſit occaſio: vt aliquid de ipa eccl'ia ꝙcedatur
alii noie perſonatus. Abſq; magiſtro ꝓterea eccl'ia ſepe
manet deſolata: dū nec ꝑſona i ea nec ſaltem perpetuis vi
cariis iuuat. Sed aliquis foꝛte ſimplex ſacerdos qui nec
ius habet: nec etiā iuris imaginē i eadē. Et ſi moꝛam foꝛ-
ſan ꝑſona ibi trahat: nō eſt tñ perfectus oꝛdine: qm̄ non ſa
cerdos eſt: nec habitu/ qz vilus ab aliquo non clericus: ſed
miles potiꝰ putaret. De vita ſcientia ⁊ doctrina eſt ei heu
modica cura. Oꝛdinatio quoq; eccl'ie raro fit ex ſimplici
oculo vt deberet: nec em̄ ꝙmenta fraudis diabolice delūt
ei. Nā iterdū vt audiuimus alicui ꝙfertur eccl'ia hoc pa-
cto tacitē vel expꝛeſſe ꝙ aliquid ſibi retineat reſtituens/
vel ꝓſentrans. vl' aliquā alius ex ea recipiat poꝛtionē q̄
totū foꝛſan erat habiturus: niſi impotentia vel metu pdē
di alia beneficia dimiſiſſet. Cedit etiā ꝗs aliūde ꝑſonatui
vt ab inſtituto inibi recipiat poſtmodū vicariā ꝙ fieri nō
ꝓſumitur ſine fraude. Has igitur dimiſſiones ⁊ particu
lares aſſignatiōes ⁊ limitationes: tanꝙ arti nēe cōtrarias
repꝛobātes ne de cetero fiāt penitus inhibemus firmiter
ſtatuētes vt nūꝙ deiceps in plures perſonatus vel vica-
rias vna eccl'ia diuidaē: ⁊ que diuiſe ſunt hactenꝰ ꝙ citꝰ
ſe facultas obtulerit integrentur. Niſi foꝛſan ſic inſtitute
fuerint ab antiquo: vel eſt ꝙ loci ep̄m ꝓuidendū ꝙ tā red-
ditus ꝙ parochia ꝗgruis inter eos poꝛtionibus ⁊ regioni
bus diuidaē. Pꝛouideāt etiam dioceſani ꝙ ſemꝑ apud
eccl'iam reſideat aliꝗs q̄ de aiaꝝ cura ſit ſollicitus: ac ſe in
celebꝛatione diuinoꝝ ⁊ collatione ſacramentoꝝ exerceat
vtiliter ⁊ honeſte. De reſidentia vero in eccleſiis a recto-
ribus facienda videtur nobis conſulendum: facto potius
ꝙ ſtatuto. Extant enim conſilia romanoꝝ pontificum lu-
ce clarius loquentia ſuper eo: ꝓpter quod maioꝝm red
ꝛitur exercitio ſtatutoꝝ ꝙ edicto ſanctionum. Idez quoq;

per oia dicimus ⁊ sentimus de his qui plures dignitates personatus seu beneficia curā aiarū habentia contra statutuz consilii gñalis absq; dispensatione sedis apostolice speciali pzesumunt in salutis sue dispendium retinere.

¶ De statu monachozum ⁊ habitu clericoz. Rubzica

QMoniam de habitu clericoz q̄ non clericalis videt sed potius militaris: graue scandalum laicis gñat Firmiter statuendo pzecipimus: vt ad fozmā tam de vestibus clericoz q̄ etiā de oznamentis equoz in gñali consilio editā per subtractionē beneficioz ab eo compellantur: ita q̄ in mensura decenti vestes habeant ⁊ capis clausis vtant in sacris ozdinibus ꝓstituti/maxime in eccl'is et cozā pelatis suis: ⁊ in quentib⁹ clericoz: et vbiq; in parochiis suis: qui cum aiarū curā regēdas eccl'ias susceperūt Et vt possint epi alios melius ad honestatem vestium tō surā ⁊ cozonā decentes ⁊ equoz oznamēta ꝑtonea coarta re: pzouideāt vt i suis clericis cōmensalibus hoc pzius faciant obseruari: habentes eos in vestibus calcaribus frenis ⁊ cellis clericalis gerentes habitum honestatis.

¶ De clādestinis matrimoniis quozūdam clericozuz et de clericis concubinariis. Rubzica.

INotuit nobis referētibus plurimis fide dignis q̄ multi pzopzie salutis immemozes matrimoniis cōtractis clandestine retinere cum vxozibus ecclesias: et ecclesiastica adipisci beneficia de nouo: ⁊ pzomoueri ad sacros ozdines ꝓtra statuta sacroz canonū non fozmidant, Deiñ pcessu tpis cū ple susceptā ex tali copula expedire videt ipis viuētib⁹ vl' defūctis q̄ testes vel instrumēta q̄ bare ꝓtracta fuisse mōmonia iter eos. Verū q; per clericos matrimonio seu ꝓtubernio intēdentes pcurari aiarū pditio: ⁊ negligi salus eaz ⁊ eccl'iastica substātia diripi cō sueuit. Vt aiaz saluti ⁊ eccl'iaz quomō cōsulat huic mozbo qui multū inualuisse asserit sic durim⁹ occurrendū. Vt si repertū fuerit aliq̄s taliter ꝓtraxisse: ⁊ ab ecclesius ⁊ eccls

lialticis bñficiis ꝗbus tam eos ꝙ quoslibet vrozatos foze
decernimus ipso iure pziuatos remoueant omnino. Et si
qua bona pst hmõi mõimoniũ qualitercũqz ꝗsita fuerint
pr ipos seu p submissas psonas ꝛ vnis eoz ea nequaꝙ si
lius vel vrozibus hmõi:sed ecclesiis quas tenuerũt: vel in
quibus habuerũt bñficia pzotinus applicentur. Ipi quo-
qz filii ad ecclesias ꝛ ecclialtica bñficia ꝛ ecclialticos oz di-
nes velut irregulares nullatenus admittãtur: nisi cũ eis
fuerit exigentibus meritis canonice dispensatum.

¶ De successiõe tollẽda in eccl'ialticis bñficiis. Rubzica.

Licet ad pzofugandum a laribus eccl'ie putridũ illũ
turpitudinis libidinose contagiuz quo decoz eccl'ie
grauiter maculatur:studuerũt semp ecclesiarum rectozes
ipsum cum tante impzobitatis existat: vt semper se inge-
rat impudẽter. Nolentes igitur tantam eccl'ialtice digni
tatis inhominiam cõniuentibus pzeterire oculis incoz-
ctam statuta Romanoz pontificũ: ꝛ maxime decretalem
Alexandzi pape sup hoc editã exequentes statuim⁹ et sta-
tuẽdo pzecipimus vt clerici ꝛ maxime in sacris oz dinib⁹
cõstituti ꝙ in domibus suis publice detinẽt ꝛcubinas:nisi
eas a se remoueãt pzozsus ira mensem ipsas vel alias ꝛ
cetero nullate⁹ retẽturi: ab officio ꝛ bñficio sint suspẽsi
Ita ꝙ quousqz sup hoc satisfecerit de bñficiis eccl'ialticis
se non intromittant. Alioquin ipo iure eos decernim⁹ fo-
re pziuatos. ¶ Volumus quoqz ꝛ districte pzecipimus vt
archiepi ꝛ epi diligentem sup hoc faciant pcẽs decanat⁹
inquisitionem fieri ꝛ quod statuim⁹ obseruari.

¶ De successiõe tollenda in eccl'ialticis bñficiis. Rubzica

Licet adeo detestati fuerint sancti patres ꝙ ecclesia
stica beneficia iure possent hereditario possideri vt
in eis etiã sit ecclesiastica interdicta successio sobolis tene
nate. Quidam tamen de nepharia coitu pcreati pede im
pudentie iuris ꝛ honestatis:etiam auctozitatem calcãtes
in beneficiis huiusmodi que patres eozuz nullo medio te

uerũt ꝛrumpere atq; ausu tenere temerario non formi
dãt. ¶ Hoc igitur nos qui ad releuandum honestatis ec-
clesiasticæ statutum ad partes istas venimus attenden-
tes statuẽdo districtius prohibemus ⁊ prohibendo statui
mus vt ecclesiaꝝ prælati aliquos tales in beneficiis hmõi
que patres eoꝝ quocũq; titulo tenuerũt in totum vel in-
partem quocũq; colore vel fraude instituere vel vndecũ
q; admittere immediate de cetero non præsumant. Illos
vero qui iaꝫ illicite huiusmodi beneficia sunt adepti eos
præsenti statuto decernimus fore priuatos.

¶ De latronibus non defendendis. ⁊c. Rubrica.

QOntra latronum flagitia quibus nimis abundat re
gio Anglicana: qõ nequaq̃ esset vt accepim⁹ nisi ma
iores eos defenderẽt vel tenerent: sic duximus statuendũ
vt nemo eos protegat vel defendat seu teneat in domib⁹
suis vel i villis quos sciuerit vel manifestum fuerit latro
cinium exercere. ¶ Eos autem qui contra hoc fecerint si
tertio moniti per ecclesiasticum iudicem ordinarium ipos
a se non abiecerint: excommunicationi ecclesiasticæ subiu
gamus. ¶ Monitionem autem volumus ⁊ statuimus fie
ri facere generalem/etiã si fiat alicuius nomine nõ expresso
dummodo ita publice ⁊ solemniter fiat q̃ ad eorum noti
ciam valeat peruenire.

¶ De esu carnium quo ad monachos. Rubrica.

AUdiuim⁹ ⁊ letati sumus q̃ religiosi viri abbates or
dinis sancti benedicti per Angliaꝫ constituti quẽi
entes nuper in capitulo suo generali tanq̃ filii obedientiæ
iuxta sermonem propheticum ad suos terminos reuertẽ
tes prouide statuerũt: vt de cetero secũdum beati benedi
cti regulã ab esu carniũ debeant abstinere: exceptis debili
bus ⁊ infirmis quibus dꝫ scꝫ eiusdẽ regulæ ꝛtinentiã in
infirmario ꝓuideri: qõ vtiq; approbantes statuimus iuio
labiliter obseruari. ¶ Adiicim⁹ quoq; q̃ postq̃ nouicii an
no ꝓbationis finito gestauerit habitum monachalem ad

ꝓfessionē faciendā iuxta decretalē felicis memoꝛie. Ho
noꝛii pape districtiõe canonica ꝑ abbatē ꝑtin⁹ cõpellant.
Nullus eñ qui ꝓfessionē nõ fecerit in abbatē vel ꝓioꝛē
aliquaten⁹ admittat. Hec aũt que ꝛ de ꝓfessione finito ꝑ
batõis tpe faciēda dixim⁹: ad canonicos regulares ꝛ mo=
niales duxim⁹ prorogãda. Super aliis vero que ad coꝛ=
rectionē aut reformationē tã eoꝝ q̃ aliarũ regularũ no=
uerimus ꝑtinere ꝓpidere intẽdimus: ꝛ q̃ ecclesiis eoꝝ vti
lia ipsisq; salubꝛia fuerint concedente dño statuem⁹ ꝛ sta
tuta mandabimus ꝑ eoꝛum capitula solẽniter publicari.

¶ De ꝑcuratiõib⁹ ꝛ visitatiõib⁹ archidiaconoꝝ. Rubꝛica

DE archidiaconis quoq; statuimus vt ecclesias vtili=
ter viriliter ꝛ fideliter visitent: de sacris vasis ꝛ ve
stibus: ꝛ qualiter diurnis ꝛ nocturnis officiis ecclie seruie
tur: ꝛ ghaliter de tpalibus ꝛ spualibus inquirẽdo: ꝛ q̃ coꝛ=
rigenda mucnerint coꝛrigãt diligẽter. Ecclesias aũt sup
fluis nõ grauẽt expensis: sed ꝓcurationes dũtaxat exi=
gant dum visitant moderatas: nõ secũ extraneos: sed mo
deste se habeant tam in familia q̃ in equis. Cum aũt visi
tẽt aut coꝛrigant seu crimina puniant: aliquid ab aliquo
recipere non ꝓsumant: nec sentẽtiis aliquos inuoluãt i
iuste quoad eius pecuniam possint extoꝛquere. Cum het
ꝛ talia sapiunt ꝓauitatẽ decernimus. vt qui talia agere
ꝓsumpserint sic extoꝛta in dupluꝝ erogare in pios vsus
arbitrio episcopi compellãtur: alia nihilominus salua pe=
na canonica contra eos. Sint autem solliciti frequenter
interesse capitulis per singulos decanatus in quibus dili
genter instruant inter alia sacerdotes: ꝛ bene sciant et sa=
ne intelligant verba canonis et baptismatis/ que scilicet
sint de substantia sacramenti.

¶ De ꝛeoꝛdia reformãda ꝛ pace sine ipedimẽto. Rubꝛica

CEteꝝ districtius duximus inhibendum: ne eccl'iarũ
ꝓlati: ꝛ maxime archidiaconi decani vel officiales
eoꝛum: vel etiam quicunq; alii ad vniuersitatem cauſay

ecclesiasticarum vel alia negocia ratione iurisdictionis ecclesiastice: vel officii spūalis ecclesie eozum contingentia delegati: quin de discoꝛdiis vel querelis fiat pax: vel concoꝛdia inter partes aliquatenus impedire. Sed quādocumqꝫ partes voluerit a iudicio per compositionem recedant: dūmō sit tale negociū super quo iure possit transigi vel componi nec exigatur pꝛopter hoc aliquid ab eisdem

¶ De officio archiepiscopoꝛum ꝫ episcopoꝛum. Rubꝛica.

QUid ad venerabiles patres archiepos ꝫ epos pertineat seu incumbat ex officio faciendu3 nomē dignitatis eoꝛum quod episcopus: id est super intendens exꝑimit euidēter. Intēdere quippe habent supꝛa gregem suum iuxta verbum euangelicum noctis vigilias custodire. Cum igitur debeant esse foꝛma gregis ad quam se debēt subditi refoꝛmare ꝙ nequit fieri: nisi se omnibus exhibeāt in exemplar. Exhoꝛtamur eos in dño et monemus vt moram trahentes apud cathedꝛales ecclesias congruentem missas ibidem celebꝛent in pꝛecipuis saltem solemnitatibus et in diebus dominicis in quadꝛagesima et in aduentu. ¶ Circueant pꝛeterea dioceses suas tempoꝛib⁹ opoꝛtunis coꝛrigendo/refoꝛmando/ ꝫ consecrando ecclesias/ ꝫ verbum vite in agro dominico seminantes. Ad que omnia melius exequenda pꝛofessionem quam in consecratione sua fecerint saltem bis in anno: in aduentu scilicet ꝫ in maioꝛi quadꝛagesima faciant sibi legi.

¶ Ne cause matrimoniales iudicibus imperitis committantur. ꝛc.

QUam nō solum potestas: sed discretio ꝫ scientia in diffinitiuis negociis potissimum requirantur: solerter est ab oibus pꝛecauendum ne talis iudex vel cognitoꝛ deputetur per simplicitatem cuius ꝑitiā vl' ruditatē inutilis feratur sn̄ia vel iniuste absoluatur reus noxens: vel innocēs ꝯdemnetur. Pꝛeterea duximus statuendum. ꝙ matrimoniales cause que ꝑ ceteras cū maturitate ma-

gna diligentia sunt tractãde viris prouidis fide dignis ꝫ habẽtibus iuris peritiã: vel saltez ꝓpetentes exercitiũ cõ mittatur. Si qui vero abbates archidiaconi vl̃ decani ha bent ex priuilegio vel consuetudine approbata: q̃ de ma trimonialibus causis cognoscant: diligenter ipsas exami nare procurent: ita q̃ tam ipsi q̃ delegati eor̃ ad diffini tiuam sententiam nõ procedant: nisi habita prius delibe ratione de causa maritis cum diocesano episcopo diligen ti: ipsiusq; requisito consilio ꝫ obtento. Ad qõ tamẽ exem ptos teneri volumus: vel speciali priuilegio communitos

¶ De iuramento calumnie. Rubrica.

IIurandum calumnie in causis ecclesiasticis ꝫ ciui libus/ꝫ de veritate dicenda in spiritualibus quo et veritas aperiatur facilius: ꝫ cause celerius terminentur. Statuimus prestari de cetero in regno Anglie secundu canonicas ꝫ legitimas sanctiones obtenta in contrarium consuetudine non obstante. ¶ Huic statuto similiter an nectẽtes: vt iudiciales idutie iudicis dẽtur arbitrio iuxta legitimas et canonicas sanctiones.

¶ De officio procuratorum. Rubrica.

USum procurator̃ in obsequium iusticie introductũ vt si quis cause sue non potest intẽdere per aliũ in sua absentia releuetur: conuertit frequenter antiqui ho stis inuidia in abusum. Ex consuetudine nam vt dicitur hic habetur: vt citatus ad diem certum procuratorem tã tum ꝑstituat ad eundẽ ad q̃ litteris vel per literas sigil lo autenti-o nõ signatas vnde fit vt nõ talis procurator vel probare mãdatũ vel fidẽ litteris imponere nõ potest per testes aut aliud impedimentũ occurrit: nihil agitur il la die. Sed nec expirãte procuratoris officio in sequẽti die sicq; perit illa instantia sine fructu. Huic igit fallaci caute le clerum apponere cupiẽtes statuimus: vt de cetero i cau sis ecclesiasticis regni Anglie procurator ꝑstituatur simpli citer: vel si constituatur ad diem: non ad vnum tantũ: sed

ad plures si opus fuerit constitui volumus ⁊ intelligi constitutum. ¶ Mandatum etiam per scripturam probetur autenticam: nisi apud acta fuerit constitutus aut sigillum autenticum de facili nequeat constituens inuenire.

¶ De citationibus faciendis. Rubrica.

Tanto calliditatis studio prosequunt se alterutruz litigãtes vt in supplantatione alterius calcato iustitie cultu alter faciat quicquid possit. ¶ Denicz a multis accepimus q̃ citatorias litteras imperantes eas ad locum in quo morari dr qui citatur per tres destinent garcones quas super altari loci eiusdem ecclesie: vel ibidem in loco alio duo ponunt: ⁊ certius statim rapit. Ex quo fit q̃ duobus testificantibus postmodum q̃ illuz citauerunt iurta morẽ siue regiõis cõsuetudinẽ excõicatur siue suspendit vt cõtumax: q̃ ꝛtumacie prorsus vt pote citatiõis inscius expers erat. Hũc itaqz abusũ tã detestabilẽ ⁊ alios similes zelo iustitie prosequentes statuimus: vt per impetrantes vel eoz nuncios in caulis ecclesiasticis regni anglie littere citatorie de cetero nõ mittãtur: sed iudex moderatis sumptibus impetrãtis per suum fidelẽ nunciuz eas mittat: q̃ vocandũ diligẽter pquirat: quẽ si reperire nõ poterit die dñico vel alio solẽni apud ecclesiam loci illius in quo degere ꝛsueuit dũ missa cantat publice litteras legi faciat ⁊ exponi. Vel saltẽ ad decanũ i cuius decanatu morat qui vocãdus exititit citatio dirigat: qui a iudice missus hoc fideliter prosequat per se vel per suos certos nũcios ⁊ fideles Quodcz inde fecerit eidem rescribere iudici non omittat ¶ Que littere false dicãtur: ⁊ de pena eorum qui eis vtiprẽsumunt. Rubrica.

Quanto scripturaruz que sigillo autentico munitur est vsus magis necessarius in ptib⁹ anglicanis vbi publici notarii non existunt: tanto diligentius est cauẽdum ne per aliquorum violentiam vel insolertiã possint ptrahi ad abusum. Conficiunt enim vt audiuim⁹ lit

tere ac signantur:non tñ a minoribus clericis: verūetiaꝫ a prelatis in quibus cauetur aliquem contraxisse et contractui vel negocio affuisse: vel extitisse aliquem ad iudicium euocatum:seu sibi literas citatorias presentatas: q̄ tamē nunq̄ presens fuerat vel inuētus:immo forsitan in alia prouincia vel dioceli tūc degebat. Ceterum cum scripture huiusmodi falsitatis vitium contineant: manifeste fieri talia de cetero inhibentes vel similia districtius pui da deliberatione sancim⁹: q̄ q̄ fuerint in his deliquisse cō uicti:ꝫ qui talibus litteris maxime in alterius preiudicium presumpserint ac pleuerauerint vti sciēter: pena falsitatis ꝫ instrumentis falsis vtentes debita puniantur.

¶ Quomodo prelati ꝫ alii officiales sigilla autentica debent habere. Rubrica.

QUoniam tabellionum vsus in regno Anglie nō habetur ꝓpter qđ magis recurri ad sigilla autētica ē necesse:vt eorum copia facilius habeatur. Statuimus vt sigilla habeant:non solum archiepi ꝫ epi sed etiam eorum officiales. Item abbates ꝫ priores/ decani/ archidiaconi et eorū officiales/decani etiam rurales: necnon ꝫ ecclesiarum cathedralium capitula et cetera queq̄ collegia et cōuentus simul cū suis rectorib⁹ aut diuisim iuxta eorū consuetudinē vel statutum. Pro varietate quorū predictor cuiuslibet:habeat vnusq̄sq̄ sigillum ꝫ nomē puta dignitat vel officii collegii ꝫ etiā illorū ꝓpriū nomē q̄ dignitat vl officii ppetui gaudēt honore insculptū notis ꝫ caracteribus manifestis:licq̄ sigillū autēticum habeat. Demiq̄ illi qui tpale officiū susceperūt.puta decani rurales ꝫ officiales sigillum suū qđ tñ nomē officii sui habeant insculptū Finitoq̄ officio ei a quo habebant officiū: cōtinuo: ꝫ sine mora resignent. Hanc de custodia sigillorum curam habere precipimus diligentez:vt scz vnusquisq̄ per se illud custodiat:vel vni soli de cuius fide confidat custodiendum committat:qui etiam iuret q̄ illud fideliter custodiet:ne

ad sigillandum aliquid alii cuiꝰ concedat: nec ille etiam aliquid inde sigillet ex quo posset alicui pꝛeiudiciuꝫ gene rari: nisi ꝙ dñs eius pꝛius viderit ⁊ legerit diligenter/et sic pꝛeceperit sigillari. In faciẽdo vero sigillo copia fide lis ⁊ pꝛouida sit cautela fidelis vt indigentibus de facili pꝛebeatur pꝛouida: vt falsis ⁊ fraudulẽtis penitus dene getur. In pꝛincipio quoq; vl' fine cuiuslibet scripture au tẽtice sufficientes datam statuimus inseri diei tempoꝛis atq; loci.

¶ De iuramento aduocatoꝛum: et de custodia actoꝛum oꝛigine: ⁊ de cautione pꝛestanda ab eo qui mittitur in pos sessionem. Rubꝛica.

Clamoꝛem iustitie audiuimus cõsequenter ꝙ eã ni mis impediũt per cauillationes ⁊ versutias aduo cati nectant eam plerũq; per ignoꝛantiam iudicis imperi ti ⁊ illudunt ei per contumaciã sepe partes. Nam contin git aliqñ ꝙ missus i possessionẽ tam rei seruande ipsam re tinere contẽdit: licet aduersarius redeat infra annum: et iuri per oia satisfacere sit paratus. Aliqñ vero qui in pos sessionem missus fuerit: nec infra annũ nec post ꝙtumcũ q; verus cõstituatur possessoꝛ: valet illam possessionez re sistẽte cum armis aduersario adipisci. In adiutoꝛiũ quo q; iustitie assurgentes huius sancti appꝛobatione consilii statuimus: vt qui aduocati officiũ voluerint generaliter pꝛomoꝛi apud diocesanuꝫ: cuius oꝛigine vel domicilio in ris dictionis exstitit pꝛebeat iuramentum: ꝙ i causis quarũ patronus exstitit patrocinium fidele pꝛestabit: non ad dif ferendaꝫ vel auferendam alterius partis iustitiã: sed ad causam clientuli sui legibus differendo: ⁊ rationibus vtẽ do intẽdat: alia aũt nõ admittatur. In causis quoq; ma trimonialibus ⁊ ecclesiasticis: nisi iuramentum simile ve lit pꝛestare singulariter in eisdem. Sed nec i aliis causis coram ecclesiastico iudice vltra tres terminos ablq; iura mento hmõi nullatenus admittatur: nisi ꝙ ecclesia sua vl'

dño aut amico notorio seu paupere extraneo: vl' persona miserabili duxerit forsitan postulandum. Caueant autez oñs aduocati. ne per se vel per alios testes suborñent vl' partes instruant falsum deponere vel suppilare veritatem. Qui vero contra fecerint: ab officio et beneficio ipso facto sint suspēsi: quousq; super hoc satisfecerint competēter. Et alias nihilominus si de hoc conuicti fuerint pena debita puniantur. Judices quoq; iuris ignari si dubiū ali quod emiserit ex quo poterit alterutri partiū graue preiudiciū ḡnari: expensis vtriusq; partis alicui⁹ ꝙsiliū aduocent sapientis. Statuimus etiam vt inquantum poterūt ꝙstitutionē generalis cōsilii tā in ordinariis q̄ i extraordinariis iudiciis obseruātes acta originalia ⁊ autēticā diligēter ac fideliter penes se custodiant: vel per scriptores suos faciant custodiri: ⁊ partibus inde vt debuerint copiam faciāt: quibus omnia postq̄ scripta fuerint statuimus ⁊ statuendo precipimus publicari: vt si erratum fuerit in scribēdo corrigatur vt veritas possit de his que acta fuerint liquido apparere. Prouideāt preterea iudices vt cū aliquem decreuerint fore in possessionem mittendum: ob contumaciam partis aduerse de restituenda possessione cum fructibus si quos inde perceperint: deductis expēsis legitimis si aduersarius infra annum redierit ad mandatum ecclesie: ab eo etiam qui mittendus fuerit congruam recipiat cautionem. Illum quoq; qui possessionem retinere presumpserit violenter in quam ob eius contumaciaz alius missus fuerit: ⁊ post ānum etiam verus possessor cōstitutus iure si quod habuerit in eadez re ne decernimus fore priuatum.

Sequitur tabula rubricarum.

Tabula.

Prohemium. Quoniam decet.
Ut infra annum omnes ecclesie dedicentur. Basilicaꝝ.
Ne pro sacramentis ecclesie aliquid exigatur/ & q forma
in confessione seruetur. Sacramenta eccl'iastica.
De baptismo. Ad baptismum.
Ne aliqd recipiat vel exigat p pñiis intũgendis. Iuditu
De confessionibus prelatoꝝ Quod in quodam.
Ne indigni promoueant. &c. Sacer ordo.
Ne dentur dignitates ad firmam. Ecclesias dari.
Ne vltra ĉnquẽniũ eccl'ie dentur ad firmã. Cũ laicis.
De ppetuis firmis nõ cõcedendis. Alicubi audiuimus
De vicariis et eorum ordinibus. Ad vicariam
Non conferatur aliquod beneficium donec constiterit de
morte vel de cessione possessoris. Ad elidendum.
Ne pl'ib⁹ dei vna eccl'ia ptextu pluriũ pbonoꝝ. Cũ ars.
De statu monachoꝝ & habitu clericoꝝ. Qm̃ de habitu.
De clandestinis matrimoniis quorũdam clericorum: & de
clericis concubinariis. Innotuit.
De successione tollenda in ecclesiasticis beneficiis. Licet.
ad profugandum. & licet adeo.
De latronibus non defendendis. Contra latronum.
De esu carnium quo ad monachos. Audiuimus
De pcuratiõib⁹ & visitatiõib⁹ archidiaconoꝝ. De archid̃.
De concordia reformãda & pace sine impedimẽto. Cetert̃.
De officio archiepoꝝ & epoꝝ. Quid ad venerabiles.
Ne cause mrimoniales iudicib⁹ impiis cõmittãt. Cũ nõ.
De iuramento calumnie. Iusiurandum.
De officio pcuratoꝝ. Usum procuratorum.
De citationibus faciendis Tanto calliditatis.
Que littere falso dicãtur: & de pena eorum qui eis vt pro
fumunt. Quanto scripturarũ.
Quõ plati & alii officiales sigilla autẽtica dñt hre. Qm̃.
De iuramento aduocatoꝝ &c. Clamorem iusticie.

Finis tabule.

Constitutiones.

¶ Incipit consiliū dñi Octoboni legati in Anglia.

¶ Prohemium.

OCtobon' miseratione diuina sancti Adriani diaconus Cardinalis apostolice sedis legatus: ad perpetuam rei memoriam. Mādata dei & lex altissimi data sunt a diebus antiquis: vt creatura que fregerat iugum recedens a pace dei sui venturum pacificum regē reconciliatorem medium et instaurantem omnia pontificem manentem sub obseruantia legis et mandati: tanq̄ lucerne et lucis data spe: quasi vmbraculo in patrū promissionibus expectaret. Hec autem est dignitas adoptiuorum sponse: & gloria filiorum sancte matris ecclesie: vt audiant ex ea mandata vite custodientes cor suum in illis in pacis pulchritudine pudicitie claritate ac regimie mo desti appetitum noxium sub rationis iudicio subiugamus Ad cuius rei cōmodā executionem sanctor̄ patrū decreta per ora ipor̄ diuinitus promulgata iustitie regulas & equitatis dogmata complectentia: quasi lata flumina pdierūt & tar summor̄ pontificū q̄ ipius apostolice sedis legator̄ aliorūq̄ prelator̄ eccl'ie sāt̄ toto orbe diffuse ꝯstitutiōes sacre: tanq̄ riuuli de fluminū latitudine per diuersor̄ tpr necessitatē sunt pdite: vt nouis morbis fragilitate humana grauata noua remedia prouenirēt. Sed effrenis illa cupiditas que in primis generis humani parētibus radices misit: ita virus suū in posteros seminauit: ita per illicitos motus cecā discurrit: vt cōminuta virga virtutis & discretionis ad aliena irreuerēti frōte pliiat: & quasi ebria se dimittit. Quo fit vt corrupte mētis auiditas nec abstinere a vetitis nouit: nec gaudere pmissis: neq̄ ad bona cōsensum adhibeat pietatis. Sane si antiqua & remota pestis huiusmodi exterminia dolēda suscipim' amarius fidō modernuz vulnus incumbens qō non modo auribus sed etiā oculis & manibus se palam exhibet estimamus eo q̄ tpis huius dies mali quāto a primis longeuitate discre-

dant tãto duriozę ceruice in profundioza maloꝝ ꝓcẽptꝰ dãnabilioꝛi descendãt:dũ iuris semita derelicta diuertit in obliquũ. Cedit potẽtie veritas:ꝫ iustitiã fauoꝛ expellit et dũ oĉs q̃ sua sibi videnť exposcũt:q̃ ꝑ pi sũt:que aiaꝝ saluti ꝫ profectibus cõsulunt:que ecĉliaꝝ decus exigunt nõ solum negligentie nebulis:sed etiã in despectis ꝫ ignoꝛantie latebꝛis tenebꝛosis ablcõdunt. Nos igitur ad regimẽ Anglie inclitum quod diebus pꝛoximis a glozie sue culmine in extinctionem vtriusq; potestatis exciderat. Necnon ad regimen Scotie Hybernie et walie partes: de gremio sancte matris ecĉlie commisso nobis in ipis plene legationis officio destinãdi plantandi ꝫ euellendi atq; edificãdi sollicitudine de manu sanctissimi patris dñi Clementis ipicis ũsẽ vniuersalis ecĉlie summi põtificis. Non ex affectu pꝛopꝛie voluntatis:sed pꝛo debite obediẽtie bono suscepto vt nostrum iurta doctrinam apostoli ministerium impleamus. Cũ sacroꝝ canonũ statuta quoꝝ imitationẽ pꝛincipum quoq; seculariũ leges assumũt. Cõstitutiones quoq; bone memoꝛie Othonis Poꝛtuensis ep̃i tũc sancti Nichasii in carcere. Tull. Dyaconi Cardinalis in regnis Anglie ꝫ Scotie apostolice sedis legati necnõ pꝛouincialium consiliozum prouisiones mozes ꝫ actus fideliuꝝ subditazum salubꝛiter infoꝛmantes. Hoꝝ quia aliqua liquidem a paucis:aliqua vero a nullis inuenerimus obseruari. Dignuꝝ duximus pꝛesenti sacro appꝛobante consilio/ ad omnem sanctam ꝫ deo placidã obseruationem certas constitutiones facere:atq; iam ꝑmulgatis certa quedam capitula: necnõ penas adiicere:que auctoꝛe deo pꝛofectũ valeant inducere salutarem.

¶ De baptismo. Rubꝛica.

Ingredientibus hoc mare magnum:mundum videlicet naufragis plenuꝝ. Pꝛima tabula nos ad poꝛtũ salutis adducens baptismus esse dinoscitur quem oim sacramentoꝝ ianuã esse saluatoꝛ noster instituit. Et cuꝝ se

quentiū ſtōꝝ patrū teſtatur auctoritas. Cū igiť circa ingreſſum ianue erroꝛ maxime piculoſus exiſtat. Predictꝰ legatus quoſdam ab idolatria execrabili reuocans: ą tpibus deputatis ad baptiſmum ſolēniter celebꝛādū. Sabbato. C. ante reſurrectionē dñi ꝛ ſabbato aſſi pēthecoſtē ſuſpicabať periculū ſi diebus hmōi pueri baptiſentur. Statuit vt a tanto erroꝛe populus auerteretur pdicatione frequēti. Et induceretur ad ſolēniſandū in pfatis diebus baptiſmum ad ſuos pueros baptiſandos. Cū autem nemo pꝛoſus debeat ab hmōi pceptione ſacramēti dimitti poteſt a quocūq; neceſſitatis caſu occurrente conferri ꝛ collatū in foꝛma eccl'ie ꝓficit ad ſalutē. Qꝛ vero multoꝝ ſimplicitas in baptiſmi collatiōe deficeret: cū neceſſitatis articulus immineret: niſi a miniſtris xpiane fidei docerētur a pdicto legato inuenimus quide ſtitutū: vt parochiales pſbyteri foꝛmā baptiſmi firmiter addiſcētes eā parochianis ſuis frequēter exponāt diebus dñicis in vulgari: vt ſi articulus neceſſitatis emergat i quo opꝛ ꝑ ipos aliquē baptiſare: eā ſciāt ꝛ valeant obſeruare. Nos igiť ꝙ in hmōi ſtatuto de pbīis pochialib⁹ eſt expꝛeſſū ad ppetuos eccl'iaꝝ vicarios extēdim⁹: ꝛ ab ipis pcipim⁹ obſeruari Et qꝛ ꝓter certū ſalutis piculū nō pōt hoc negligi vl' omitti adiiciēdo ſtatuim⁹ ꝛ in ṽtute ſte obediētie diſtricte pꝛcipimus: vt q̄libet archidyacon⁹ contra pbīos ꝛ vicarios ipos inq̄ſitionē faciat diligētē q̄s hoc ſalubꝛe ſtatutū iuuenerit nos ſeruare ḡuiter ꝙt rei q̄litas exegerit puniēdo ¶ Ne pro ſacramentis eccleſiaſticis aliquid exigatur: ꝛ ꝙ foꝛma in confeſſione ſeruetur. Rubꝛica.

QUoniā ceca cupiditas ita ruit i pꝛeceps vt opū terrenaꝝ queſtu minime q̄ſenta ꝑ ſacris etiā ꝛ diuis que eſtimationē nō capiūt pciū pphana venalitate ſuſcipiat. Pꝛefatus legatus q̄ſtra hoc ſtatuit ꝛ pꝛecepit oleum ſanctificatū ꝛ cꝛiſma a miniſtris eccl'ie pure ac deuote qualibet excluſa cupiditatis labe q̄ferri: nulla difficultate i eis

exhibēdis adhibita pretertu alicui⁹ ꝓsuetudis qua dicatur ab eis qui ea recipiūt aliqua quibuslibet persoluēda. Nos igit hmōi ꝓstitutioni dicti legati adiiciēdo statuim⁹ vt sup his tā epi⁹ archidyaconi per loca sue iurisdictionis ꝓtra ꝓcipientes inquisitionē faciāt diligentē: ⁊ quos tales inuenerint: tanq̄ symoniacos puniāt scōm canonicas sanctiones. Quod si hoc implere neglexerint: eps a pontificalibus archidyaconus ab officio quousq̄ rem emendauerint sint suspēsi. Que oia circa illos q̄ anteq̄ ad penitētiā ꝓfitētes admittet: quicq̄ ab eis exigant vel extorquēt Et q̄ alia quelibet sacramēta interuētu pecunie cōferūt districte precipimus obseruari. Oēs aūt qui confessiones audiunt aliquor: a peccatis exp̄sse confitētes absoluāt verba subscripta specialiter exp̄simētes. Ego te a ptis ⁊ etiam auctoritate qua fungor absoluo. Et q̄m cōfitens in ipso confessionis actu signa debet contritionis ⁊ humiliationis ostēdere precipimus: vt oēs qui ꝓfessiones audiūt confitentes inducant: vt cū reuerentia ⁊ humilitate sacerdoti confiteāt ptā. Ad hec q̄ maior est credes aie q̄ corporis: cū illa ꝑpetua sit: hec aūt breuis angustatione tpis depereat: nemo remediū cōfessionis auferat postulanti. Nō in custodibus carcerū aliq̄s circa captiuos fieri miserabiliter: audiētes statuim⁹: vt siquis deceter o in hoc casu vl' alio gratiam confessionis inhibuit carcerato vel alii in p̄nam immanis sceleris: cū ipse ad mortē puenerit: nisi ad mādatū sui epi aut prelati in vita satisfecerit careat ecclesiastica sepultura.

¶ De consecratione ecclesiarum. Rubrica.

Domus dei materiali subiecto non differens a pristinis per mysteriuz dedicationis inuisibile fit templū dñi ad expiationē delictor et diuinā miam implorandaz vt in ea sit mensa qua panis viuus qui de celo descēdit ꝓ viuorū ⁊ mortuorū suffragiis manducatur. ¶ Ne igitur tanti sacramenti cōtēni vel negligi videreē a diuersis

legato inuenimus statutū. vt oēs cathedrales/vel cōuentuales/collegiales/z parochiales ecclie a tpe perfectionis ipāz:infra biennīū p dyocesanos ad quos ptinet:vel eoz auctoritate p alios munus ꝛsecratiōis accipiāt. Qđ si loca hmōi a pfectionis tpe infra biēnii spaciū nō fuerint dedicata:idē legatus eadē vsqz ad ꝛsecrationē a missaz solennijs manere statuit interdicta:districte inhibens ne abbates aut ecclīaz rectozes antiquas ecclīas cōsecratas sub pretertu āpliozis seu pulchriozis fabrice facie de diruere presumāt absqz dyocesani epi licētia z ꝛsensu:q diligēter cōsideret vtrū expediat dare licentiam hmōi aut negare ¶ Nos igitur hmōi salubre statutuz negligi aut cōtēni a plurimis cognoscētes statuimus adiicientes: vt is q ecclie nondū cōsecrate rectoz aut gubernatoz existat siue ipius vicarius:infra annū post ecclie cōstructionē ēpm suum si cōmode fieri possit sup ipius ecclie ꝛsecratōe requirat. Alio quin archidyaconū suū vt p ipz infra tps predictū sup hoc epi requirat. ¶ Qđ si rectoz aut gubernatoz hmōi siue vicarius aut archidyacon⁹ ab hmōi requisitiōe: destiterint ipos extūc donec ea fecerint ab officio decernim⁹ manere suspēsos. Epus vero qui ab eis taliter requisitis ecclīam detractauerit ꝛsecrare p se vel per aliū: nisi cōsecrandaz ecclīaz in sua dyocesi multitudo tps in aliquib⁹ differat consecrandi:aut aliud legitimū impedimēt̄ū excusat/extūc a dalmatice tunice z sandaliū vsu donec eā duxerit cōsecrādā:nouerit se suspēsū:q in ipo.actu ꝛsecrationis illico reassumat. Gratis aūt z sine oī penitus exactione: debita pcuratione excepta studeat ēps mysteriū ꝛsecratiōis ptexere:ne vltione diuina cū symone vel gyez p percellatur.

¶ De clericis arma portantibus cum furibus. Rubrica.

